



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

123. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

præsumatur ammoneo. Sed si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis , si quidem parentes ipsius , proximi , vel heredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint , accipere non vetamus. Peti verò aut aliquid exigi omni modo prohibemus ; ne , quod valde in religiosum est , aut venalis , quod absit , dicatur Ecclesia , aut vos de humanis videamini mortibus gratulari , si ex eorum cadaveribus studetis quærere quolibet modo compensandum.

De eadem re. *Ex Concilio Meldensi*
cap. LXXII.

C X X III. Ut nemo quemlibet mortuum in Ecclesia quasi hereditatio jure , nisi quem Episcopus aut Presbyter pro qualitate conversionis aut vitae dignum duxerit , sepelire præsumat ; nec quisquam ossa cuiuslibet mortui de sepulcro suo eicere , aut sepulturam cuiusquam temerario ausu quoquo modo violet , sed unumquemque in loculo sibi à Deo parato atque concessò adventum sui judicis præstolari concedat ; maximè cùm non solùm divinæ leges , sed etiam & humanæ , apud humanam rem publicam sepulcrorum violatores reos mortis dijudicent. Sed & neque pro loco sepulturæ , ut verbis sancti Gregorij utamur , pretium de terra concessa putredini quærere & de alieno velle facere luctu compendium aliquo modo tentent. Si quando autem proximi vel heredes sponte aliquid offerre in Ecclesia voluerint in elemosyna defuncti , accipere non vetamus. Peti verò aut aliquid exigi

Capitulare
Theodulfi c.
9. Riculf. c.
19. Ahytonis
c. 23.
Burchard. lib.
3. c. 158.

80 R E G I N O N I S L I B . I .
omnino prohibemus ; ne , quod valde inreli-
giosum est , aut venalis , quod absit , dicatur
Ecclesia , aut de humanis mortibus videamur
gratulari , si compendium exinde studemus
modo quolibet querere.

U t nullus in Ecclesia mortuum sepeliat . Ex
Capitulis synodalibus tit. C L V I .

Lib. 1. Capi-
tular. c. 159. C X X I V . Ut nullus deinceps in Ecclesia
mortuum sepeliat .

De eadem re . Cap. x l v i .

Lib. 2. Capi-
tular. c. 47.
Concil. Are-
lat. 6. c. 21. C X X V . Ut de sepeliendis in basilicis
mortuis constitutio illa servetur quæ ab anti-
quis patribus constituta est .

Ex Concilio Nannetenfi .

Concil. Nan-
net. c. 6.
Burchard. lib.
3. c. 159.

Præcipiendum , secundùm canonum aucto-
ritatem , ut de sepulcris & hominibus sepe-
liendis nihil muneris exigant ; nisi fortè qui se-
pelitur , vivens jussit Ecclesiæ , in cuius atrio
sepelitur , de suis rebus aliquid tribuere , aut
etiam post mortem illius , quibus commissum
est ejus eleemosynam facere , de rebus illius
aliquid dare sponte voluerint . Tamen nullaten-
nus à Presbyteris illis aliquid exigatur , sive ab
illis qui locis & vicis præsunt . Prohibendum
etiam , secundùm majorum instituta , ut in Ec-
clesia nullatenus sepeliantur , sed in atrio aut
in porticu aut exedra Ecclesiæ . Infra Eccle-
siam verò , aut prope altare , ubi corpus Do-
mini & sanguis conficitur , nullatenus habeant
licentiam sepeliendi .

De